



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta F. Martini || Luther August.|| apud. D. Legatu[m]
Apo-||stolicu[m] Augustae**

Luther, Martin

[Leipzig], [1518]

VD16 L 3640

urn:nbn:de:hbz:466:1-32384



positiones de indulgentiis
 Secundo de penitentia
 Resolucioes disputacionum de indulgentiis
 Ein Cerimon von dem Ablass
 Verleugung & Sündensünde den selbigen Cerimon
 Ein predigt Cerimonis mortis
 Calusste propositio con. rath. d. Martin
 Responsio Martini ad dialogum Siluestri
 Scriptura Siluestri
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Eriky & pro. d. Martin
 Disputatio & responsio Martini con. quodam Eriky
 De ratione disputandi
 De ratione disputandi, oratio Mellarij
 Fratrum Epistola ad d. Martin & alia. p. d. b. d.
 Resolutio sup. voc. de pecc. pape
 Alia resolutio de ead. p. d. b. d.
 Resolutioes sup. p. d. b. d. disputat.
 Oratio Jo. longi p. d. b. d. disputat. b. d.
 Disputatio prima Eriky & Carlspadij de vaba
 ad vaba p. d. b. d. p. d. b. d.
 Disputatio secunda eorundem
 Disputatio tertia eorundem
 Epistola philippi Melanctoni de ead. dispu.
 Responsio Eriky con. epistolam philippi
 Defensio philippi con. Eriky
 Constatutio Guacini & Callary.
 Epistola Emery in Aegreoroni.
 Ad Egereoroni Emperiam Martinij additio
 De Venatione lutheriana

Solunones doctoris Wittenbergensis
Johannis Coratambro Nulh Wittenbergensis &
Nemid. lypod & alia quaedam
Contra malignum Jo. Eckii Auditorium
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini Lutheri
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio praesens

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, Lex. Katalan. 328.

Acta. s. Martini Luther August.

apud. D. Legatū Apo-
stolicū Augustae.



XZ

[Luther, Martin Luther
1578?]

proder
·F·J

m capet hanc

D. wedekindō Brühann. v. J. doctorij
&

PIO LECTORI F. MARTINVS
LVTHER. S.

¶ Ignosce mihi charis: lector, q̄ toties nugis meis horas tibi perdo, facio id multū inuit⁹, dandum rogo putes, & hoc necessitati, placuit in cœlo, ut & ego fabula hominū fierem, qđ tñ sic me debere dño p̄fiteor, ut nō dubitē id totū, iis quoq; hoīb⁹ tribuendū, quibus tanta est auriū pietas, ut suauissima piissimaq; ueritate offendantur, usq; ad inanem cordis & oris & operis impietate. Vexa uerū iam diu Ioannē Reuchlin secretariū Cōsultorē, uexāt nūc me questionariū (ut sic dixerim) disputatorē, nec p̄silia, nec disputatiōes passuri. Speram⁹ fore deiceps, ut p̄æ ocio suo ifœlicissimo, somnia quoq; & cogitationes mortaliū uexent. Quis em̄ ab iis Behemoth dentib⁹ secur⁹ est, qm̄ eos deuorāt, qui secrete p̄sulūt, aut aperte doceri tñ petunt? Nouū (deū immortalē) & memorabile crimen, uoluisse doceri, & quaſiuisse ueritatē. Atq; id in Ecclesia regnoq; ueritatis. In qua etiā oportet rationē reddi omnibus poscentibus. Sed hæc alias. Nunc mi lector, quod ago tale est, uideo libellos ædi, & rumores uarios spargi de actis meis Augustensibus, qđ uere nihil ibi egerim, qđ q̄ & tempus & sumpt⁹ perdidit, nisi id satis abunde fuerit operis, & nouā audiui linguā latinā, scz, q̄ ueritatē docere, idem sit, quod Ecclesiam perturbare. Adulari uero & Christi negare, id est, Ecclesiam Christi pacificare & exaltare. neq; em̄ uideo, quō tu non sis barbarus Romanis, & Romani tibi, si hanc nescieris eloquentiā, etiā si alias Ciceronis eloquentiā superes. Igitur ne in alterutrā partem, uel amici nimitū eleuēt, uel inimici nimitū deprimāt causam, uolo ipse in publicū dare ea, quæ obiecta mihi & quæ a me responsa fuere, simul uel hoc testimonio, notum facturus, me p̄stitisse satis arduā, & abunde fidelē obedientiā Romano Pontifici, primū, q̄ paupercul⁹, imbecilliq; pedester tñ tantis itineri & periculis me dedi, nec iustissimas & honestissimas, oīm iudicio, absentix causas, apprehendi. deīde coram eis sisti passus, qui de factione partis aduersariæ, iustissime poterant me reici. Has aut iniquas & difficiles p̄ditiones (q̄tum nasus olfacit) ideo mihi uidentē amici isti adornasse, & om̄ia p̄struxisse, ut nō ueritatis inquisitionē, sed perditionē meā facillime operarent, nec aduentum meū sperasse, sed cōtumaciā meā defyderasse uidentur, quō

satis mox censuris, causaq; nec audita nec cognita, triumpharent. Cuius rei non leue argumentū mihi fuit, q̄ post aduentū meū primo captū est quæri, in quibusnā accusarer. Atq; usq; hodie sunt in domo Caipha scripta mea, ubi quarunt aduersus me falsa testimonia, nec adhuc inuenta sunt. Etiā iste (ut uideo) nouus mos, nouumq; ius Romanæ curiæ cœpir, ut Christū prius capiant, deinde quid obiiciant, quarant. Duo tamen mihi, immo unū, quod speciem haberet, obiectū est cōmētū extrauagātus, ut uidebis statim.

¶ Igitur ne & Illustris: Principē Electorē Fridericū ducem Saxonie &c. frustra p̄ me laborasse permitterē (clementissime enī me & sumptu & Epistolis cōmēdatitiis puidit, atq; ut causa ex urbe cōmitteretur, gratiosissime iam antea laborauerat) ueni Augustā, susceptusq; fui a Reuerendis. dño Cardinale Legato, satis clementer ac prope reuerentias, uir enim est, omnib⁹ nominibus alius, q̄ hi fratrum uenatores robustissimi. Hic, ubi se nolle mecū disputare dixisset, sed suauiter & paterne rem componere, tria mihi de mandato dñi Papæ (ut asserebat) facienda proposuit. Primū, ut ad cor redirem, erratusq; meos reuocarem. Deinde pmitterem in futurū abstinere ab eisdem. Terrio, & ab omnibus quibus Ecclesia perturbari possit. Ego qui talia, etiam Vuittembergæ sine periculis, sine labore tanto, me facere potuisse uidehā, nec in Augusta mihi fuisse quærenda, mox petii doceri, in quibus errassem, me nō esse mihi consciū ullius erroris, tunc p̄tulit extrauagantē Cle. Sexti quæ incipit. Unigenitus &c. q̄ contra eam, asseruissem p̄positionē lviii, non esse merita Christi indulgentiæ thesaurum. Urgebat itaq; ut reuocarē, instabatq; cū fiducia, certissimus de uictoria. confidebat enim, atq; adeo securus p̄sumebat, me nō uidiſſe Extrauagantē, fretus fortassis eo, quod nō omnes codices eam habent.

¶ Secūdo obiecit, quod p̄positione. vii. inter declarandū docueram necessariā esse fidem, accessuro ad sacramentū aut in iudiciū accessurū. Hanc enim nouā & erroneā doctrinā putari uoluit. Sed potius incertū esse omnē accedentē, grām consequetur nec ne, faciebatq; hac fiducia sua, præsertim ardentibus, & pro more suo chinantibus Italis cæteris familiarib⁹ suis, ut uictō similis uiderer.

RESPONDIT TVNC.

¶ Mihi non solū istam Cle. esse diligenter uisam, sed & alterā ei⁹ amulam & analogā Sixti quarti (uere enim legeram utraq; una

cum uerbosissimo, & qui fidem illarū merito derogaret apparatu, tanta est refertus inficitia) uerū nō habuisse eam apd' me satis auctoritatis, cū aliis multis, tū ea maxie causa, qd' scripturis sanctis abutitur, & uerba (si modo sensus usitatus subsistere debet) audacius torquet in alienū sensum, quem suo loco non habet, immo contrariū habent. Ideo scripturas, quas ego in ppositione mea sequor, esse ei pferendas omnino, ac nihil inde probari. Sed recitari dumtaxat ac narrari opinionē S. Thomæ.

¶ Tunc coepit aduersus me potestaté Papæ cōmendare, qm̄ supra Conciliū, supra scripturā, supra om̄ia Ecclesiæ sit, & ut id persuaderet, reprobationē & abrogationē Cōciliū Basiliē. recitauit, ac Gersonistas quoq; una cū Gersone damnandos censuit. Hæc ut erant noua in auribus meis, Negauī p̄tra, Papā super Conciliū, supra scripturā esse. Deinde & Vniuersitatis Parrhisiensis appellationē commendauī, multaq; p̄fusa interlocutiōe de p̄nitentia, de grā dei, miscebam⁹. Nam alterā illā obiectionē cū dolore audiui, nihil em̄ minus timuissē, q̄ hanc rem in dubiū uocandā aliq̄n, ita in nulla p̄modū re cōueniebam⁹. Sed ut altera alterā inueniebat (ut fit) ita semper noua surgebat p̄tradictio. Cū autē uiderē ista cōtentione nihil agi, nisi multa inchoari, & nulla consumari, ac iam uere nos nihil, nisi multas extrauagātes cōminisci, p̄fertim cum ille (ut uice Pontificis summi) nollet cessissē uideri, petiī, ut tempus daret deliberandi.

¶ Altera die p̄sentib⁹ quatuor Casaria Maiestatis senatorib⁹ adductis notario & testibus, p̄testabar pprie & personaliter legens, coram Reuerendissimo. D. Legato. in hunc qui sequitur modū.

¶ In primis. Ego frater Martinus Luther Augustinian⁹ protestor me coire & sequi sanctā Romanā Ecclesiam in om̄ibus meis dictis & factis, p̄sentibus, prateritis & futuris. q̄ si quid contra, uel aliter dictū fuit uel fuerit, p̄ non dicto haberi & habere uolo.

¶ Verū ex quo Reuerendissim⁹ dñs &c. mihi de mandato domini Papæ, ut afferebat, p̄posuit & exegit, ut super disputatiōe, quam de indulgentiis habui, tria hæc facerē. Primū, redirem in mei cognitionē, & errorē reuocarē. Secundū, cautelā præstarem de futuro non repetendis. Tertium, prouitterem abstinere ab omnib⁹ quæ Ecclesiam dei perturbarēt.

¶ Ego qui disputauī & ueritatē quæsiui: q̄rendo delinquere non

potui, in primis ad reuocationem compelli, non auditus neque con-
uictus. Hodie preestor, me non esse mihi consciū aliquid dixisse, quod
sit contra sacri scripturā, Ecclesiasticos patres, aut decretales Pontificū,
aut rectam rationem. Sed omnia quae dixi, hodie quoque mihi, sana, ue-
ra, catholica esse uidentur.

¶ Nihilominus tamen sum homo, potes errare, submisi me, & etiam
nunc submitto iudicio & determinationi legitimae sanctae Ecclesiae &
omnibus melius sentientibus. Tamen ad superabundantiam, offe-
ro me personaliter hic uel alibi, etiam in publico reddere rationem
dictorum meorum. Quod si hoc non placet Reuerendissimo domino &c.
paratus sum uel in scriptis, suis obiectionibus, si quas contra me pro-
ducere destinauerit, respondere.

¶ Et super illis audire iudicium & sententiam doctorum insignium uni-
uersitatum imperialium, Basiliensis, Friburgensium, Louoniensis. Aut si nec
id satis est, etiam Parrhisiensis studiorum parietis, & ab antiquo semper
Christianissimae, ac in theologia florētissimae uniuersitatis. Quo
facto repetitū disputationem hesternam de obiectione priorē. Illa enim
multam spem pro sua sententia uisa est habere. Me uero tacente, & iux-
ta prestationem in scriptis respondere permittente, rursus satis confidebat.
Tandem admissa scriptili responsione, abiturus est, tenor & textus
responsionis est iste.

¶ Reuerendissimo in Christo patri & domino domino Thomae tit. S. Sixti
Cardinali sanctae sedis apostolicae legato &c. F. Martinus Luther
Augustinianus salutem. Quod non detrectem ridere, libensque uelim rati-
onem reddere de singulis specialibusque meis dictis Reuerendissime in
Christo P. ut obiectionibus satisfaciā, quae heri & nudius mihi obie-
ctas memini, hac uolui epistola humiliter preestari, nam duo sunt quae
mihi sunt a P. T. R. obiecta. Primum, extrauagans illa Clementis sexti,
quae incipit Unigenitus &c. in qua thesaurus indulgentiarum asserti uide-
esse merita Christi & sanctorum, quod ego in positionibus meis uide-
or negare. Respondeo itaque. Non fuit mihi incognita extrauagans
illa, cum istas meditationes meas meditabar. Sed cum certissimum essem,
unamque totius Ecclesiae sententiam esse, scirem. Merita Christi in spiritu
non posse committi hominibus, nec tradi per homines, aut ab homi-
nibus, sicut tamen extrauagans ista sonare uidebatur, uolui intactam re-
linquere, aliisque ingenis melioribus committere magnas illas mole-
stias & angustias, quas pro tuenda Papae reuerentia patiebar. Occur-

rebat enim & mouebat, primo, q̄ nuda essent uerba Pontificis, & aduersus cōtentiosum uel hereticū, inualidū praesidium. Deinde si quis diceret, Turpe esse Principem loqui sine lege. Et iuxta Zachariam. Non uerba hominis, sed legem dei requirendam ex ore sacerdotis. Item, q̄ uerba scripturae torquet, & in alienū sensum eis abutitur. Nam quae de gratia iustificante dicta sunt, ad indulgentias trahit, quo uidebatur magis narrare, & magis opinione quadam pia exhortari, q̄ solida demonstratione aliquid probare. Vexabat etiā, q̄ fieri posse cōstat decretales aliquādo erroneas esse, & cōtra sacras literas & charitatem militare. Nam licet decretales Ro. Ponti, tāq̄ uocē Petri oportet audire, ut dicitur dis. xix. tamē hoc ip̄m intelligitur, de his solū (ut dicitur ibidē) quae consonae sunt sacrae scripturae, & a prioribus patrum decretis non dissentiunt.

¶ Accessit ad hoc, q̄ de facto Petrus non ingedēs ad ueritatē Euāgelii, reprehensus est a Paulo Gal. ii. Ideo nō mirum uideri, si successor eius in aliquo defecerit. Quandoquidem & Act. xv. Doctrina Petri non fuit suscepta, donec accederet & approbatio Iacobi minoris / Ep̄i Hierosolymitani, & totius Ecclesiae consens⁹, unde fluxisse uidetur id iuris dogma, legem tūc firmari, q̄n utentiū morib⁹ approbatur. Praeterea, quā multae decretales priores correctae sunt per posteriores, ideoq̄ & hanc forte pro tēpore suo corrigi posse. Panor: quoq̄ li. i. de elect. c. Significasti, ostendit in materia fidei nō mō generale Conciliū esse super Papā. sed etiā quēlibet fidelē, si melioribus nitatur auctoritate & ratione q̄ Papa, sicut Petro Paulus Gal. ii. Quod & illo. i. Cho rin. xiiii. cōfirmatur. Si fuerit alteri sedenti reuelatū / prior taceat, ideo sic uocē Petri esse audiendam, ut tamē liberior sit uox Pauli eū redarguetis, porro omnium superior uox Christi.

¶ Maxime uero laborabā, q̄ eadē extrauagans, manifestissime mihi apparebat falsa quaedā p̄tinere. Primo, q̄ dicit merita Sanctorum esse thesaurum, cum tota scriptura dicat, deum ultra condignum premiare, ut Ro. viii. Non sunt condignae passiōes huius temporis &c. Et B. Aug. li. i. retract. xix. Tota ecclesia usq̄ in finē mūdi orat, Dimitte nobis debita nra. ergo nō superfluere alijs posse, quae nec sibi sufficerent. Inde uirgēs sapientes noluerūt oleū cōicare insipientib⁹. Et b. Aug. li. ix. confes. Ve hominū uita quantumcunq̄ laudabili, si remota misericordia iudicetur. Et Propheta, Non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non

Iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Ideo sancti non suis meritis, sed sola dei misericordia salui fiunt, ut latius dixi in resolutionibus. Ego uero non eram tam insigni temeritate, ut propter unam decretalem Pontificis hominis, tam ambiguam & obscuram, recederem a tot & tantis diuinae scripturae testimoniis apertissimis, quin potius arbitrabar quae rectissime, uerba scripturae, quibus sancti describuntur deficere in meritis, incomparabiliter praefere uerbis humanis, quibus scribuntur abundare. Cum Papa non super, sed sub uerbo dei sit, iuxta illud Gal. i. Si angelus de caelo aliud uobis euangelisauerit quam accepistis, anathema sit. Iam illud quoque non nihil erat, quod Petro hunc commissum thesaurum dicit, de quo nihil constat, nec in euangelio, nec ulla scriptura. His perturbatus molestus, ut dixi, Consilium mihi fuit quiescere, & alios audire, cum positiones meas uerissimas, usque hodie quoque uiderem. Nunc uero cum urgeor ipse tentare, quod ab aliis, maxime a summo Pontifice expectare debueram, cuius solius est declarare ea quae condidit, tamen pro uiribus ingenii & gratia dei, conabor pro tutela sincerissimae ueritatis, positiones meas cum extrauagante concordare, utraque seruando in ueritate.

Primum supponedo, quod indulgentiae prorsus nihil sunt (metaphysice loquendo) quia certum est, eas esse aliud nihil, quam remissiones satisfactorum. id est bonorum operum, elemosynarum, ieiuniorum, orationis, &c. Ideoque certum est, eas esse bonum priuatiuum, dum permittunt non solum poenas debitas, aut non fieri labores operum. Quare necessario thesaurus hoc loco, impropriissime accipitur, quia nihil conferunt positivae, sed permittitur, ut nihil soluantur. Secundo certo certius est, quod hunc thesaurum Papa non habet uelut in loculo uel cista, sed in uerbo, uel clauibus, uel potestate, quia erogando, non cista, sed uoluntate & uerbo aperit, & sic donat. ¶ Tertio, Ideo sequitur, quod thesaurus indulgentiarum sunt merita Christi, non formaliter, nec proprie, sed effectiue & improprie, quia Papa non dat merita Christi formaliter, sed de merito Christi. id est per clauas quas meruit dari Ecclesiae suae. Quia in uirtute clauium est, ut remittat satisfactio, & sic patet, quod recte dixi concilio lx. Thesaurum hunc esse clauas Ecclesiae, merito Christi donatas. Et hoc sensu uerum est, Merita Christi esse thesaurum indulgentiarum, scilicet improprie thesaurum & meritum Christi accipiendo, patet ergo concordantia extrauagantis cum mea positione.

¶ Quarto, hanc esse mentem Papae in ista extrauagante, probant ipsa

uerba Papæ, ubi dicit, hūc thesaurum Petro & successoribus suis a
Chro cōmissum, sed cōstat & certū est, nihil Petro cōmissum, præ
ter has clauēs regni cōlorū, q̄ sūt merita Chri (.i. de merito Chri
donata) improprie & effectiue ut dixi. Et alterū uerbi thesauri de
quo dicit, pascite, pascite, pascite oues meas.

¶ Quinto, hanc autē thesauri indulgētiarū intelligentiā, certū est, ef-
se incognitā ap̄d populū Chri & innominatā, ut dicit cōcl. lvi. q̄
fere nō dicunt, nisi impropria & obscura illa noīa, thesaurus, me-
rita Chri &c. ideo fere credūt, sese bonū aliqd̄ p̄priū & positium
cōseq̄, sicut donū aliqd̄ aut grām, cū tū nō cōsequant̄ nisi ministe-
riū clauū, quo soluunt, ne satisfaciāt p̄ peccatis, ac sic priuatiuum
bonū accipiūt & impropriū thesaurū. Et ille est exhaust⁹ & infin-
tus, q̄a uirt⁹ clauū est exhausta, q̄ i merito Chri imediate nititur,
indulgētiarū uero mediate. Ac ideo pōt etiā dici merita Chri esse
Thesaurū indulgētiarū, mediate. **¶** Sexto, Si iterum admittere etiā
merita sctōrū esse hūc thesaurū scz improprie. i. q̄ merita sctōrū per
fidem Chri incorporata & unū cum eis facta, iam idē sint & faciāt
qd̄ merita Chri iuxta illud, q̄ uita iusti nō est ipius, s̄ Chri i eo uiuē-
tis. Gal. ii. uiuo ego / nō ego, uiuit uero i me Chrus. Nā merita san-
ctōrū ut sctōrū, nihil essent, & damnabilia ut supra dixi. ut B. Aug.
Vbi nō ego, ibi f̄elix ego, q̄a Chrus & ecclia sūt duo i carne una.
¶ Septimo. Verissimū tū est, merita Chri nō esse thesaurū indulgē-
tiarū positue p̄prie, & immediate, ut aliquid cōferant, sicut intelli-
gūt rudiores, q̄a q̄ cōferunt donū positiuū, faciūt, id nō ut indul-
gētiarū thesaurū, s̄ ut grāe uitalis thesaurus, tunc em̄ fōraliter p̄prie
immediate donant sine clauib⁹, sine indulgētiis a solo Spūsctō,
nō aut̄ unq̄ a Papa. Quia per charitatē hō fit un⁹ spūs cū Chro. Idō
participat om̄ib⁹ bonis eius. Et hoc est qd̄ mea concl. lviii. dicit.
Nec sunt merita Chri, q̄a hęc sine Papa operant̄ grām hoīs interi-
oris. **¶** Breuiter itaq̄ pater, q̄ merita Chri necesse est dupliciter ac-
cipi, si salua debet extrauagās p̄sistere. Vno mō, p̄prie & fōraliter, &
sic sunt thesaur⁹ uita spūs, & p̄prie a solo Spūsctō distribut⁹,
cui uoluerit. Alio mō improprie & effectiue & fōraliter, p̄ eo qd̄ meri-
tis Chri effectū ē. Et sic ut extrauagās improprie iducit scripturas, ita
etiā p̄prie thesaurū, improprie merita Christi, & oīa improprie ac-
cipit. Quo factum est, ut esset ambigua, obscura, & occasio iustissi-
ma disputādi. Ego autē p̄prie locutus sum in meis p̄ositionibus.

¶ Qui habet det meliora, & reuocabo ista, non em̄ meū est interpretari Canones Pontificū, sed meis positionibus adesse, ne p̄tra Canones pugnare uideantur. Expectās humiliter si alia fuerit mens Papæ demū declarata, paratus eidem parere.

¶ Hæc om̄ia tñ dicta uolo p̄ reuerentia sedis Apostolicæ & Reuerendissimi dñi Cardinalis &c. Nam si legitima & libera agendum mihi est sententia, p̄tendo & probo eandē extrauagantē esse pprie, directe, aperte p̄ me, meaq; conclusione. Et contra sententiā Reuerendissimi dñi Card. quia textus expresse dicit, q̄ Christus thesaurum hunc acquisiuit Ecclesiæ &c. hoc uerbum acquisiuit euidenter cōuincit, atq; concludit irrefragabiliter, aliud esse merita Christi quibus acquisiuit, & aliud thesaurū quē acquisiuit, q̄ aliud est causa, & aliud effectus, ut etiā Philosophi dicūt. Ideo conclusio mea stat inuicta, q̄ merita Christi non sunt thesaurus indulgentiar, sed acquisierūt eum. Nihilominus tamen etiā hæc ipsa submitto iudicio Ecclesiæ ut supra.

¶ Obiectio altera est, q̄ in concl. mea vii. declaranda, dixi. Neminem iustificari posse, nisi per fidem. Sic sez, ut necesse sit, em̄ certa fide credere, sese iustificari, & nullo modo dubitare, q̄ gr̄am consequatur. Si em̄ dubitat & incertus est, iam non iustificatur, sed euomit gr̄am. Hanc Theologiam nouam uideri p̄tat & erroneam.

¶ Ad quod Respondeo.

¶ Primū. Infallibilis est ueritas, q̄ nullus est iustus, nisi qui credit in deū, ut Ro. i. Iustus ex fide uiuit, ideo quicumq; non crediderit, iam iudicat⁹ & mortu⁹ est. Igif iusticia iusti, & uita ei⁹, est fides ei⁹. Quare & omnia opera fidelis, uiua sunt, & omnia opera infidelis, mortua, mala & damnabilia, iuxta illud. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Arbor autem quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur.

¶ Secundo. Fides autem est nihil aliud, q̄ illud quod deus p̄mittit aut dicit, credere, sicut Ro. iiii. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiā. Ideo uerbū & fides necessario simul sunt, & sine uerbo, impossibile est esse fidem, ut Isa. lv. Verbū quod egreditur de ore meo, nō reuertetur ad me uacuum &c.

¶ Tertio. Nunc p̄bandū est, q̄ accessuro ad sacramentū, necessariū sit credere, sese gr̄am consequi, & in hoc non dubitare, sed certissima fiducia confidere, alioquin in iudiciū accedit.

¶Primo, per illud Apof. Heb. xi. Oportet accedere credere, quia deus sit, & ingrentibus se remunerator sit. hic patet, quod non licet dubitare, sed firmiter oportet credere, quod deus sese ingrentes remuneret. **¶** Si oportet credere remuneratore, omnino oportet etiam credere iustificatore, & gratia largitore, in presenti, sine qua premium non largietur. **¶**Secundo, necessarium est sub periculo aeternae damnationis, & peccati infidelitatis, credere his uerbis Christi. Quodcumque solueris super terram, solutum erit & in caelis. Ideo si accedas ad sacramentum poenitentiae, & non credideris firmiter tete absoluendum in caelo, in iudicium accedis & damnationem, quia non credis Christum uera dixisse. Quodcumque solueris &c. Et sic tua dubitatio Christum mendacem facis, quod est horrendum peccatum. **¶** Si autem dixeris, quod si sum indignus & indispositus ad sacramentum: Respondeo ut supra. per nullam dispositionem efficeris dignus, per nulla opera aptus ad sacramentum, sed per solam fidem. Quia sola fides uerbi Christi iustificat, uiuificat, dignificat, praeparat, sine qua, omnia alia, uel sunt praesumptionis, uel desperationis studia. Iustus enim non ex dispositione sua, sed ex fide uiuit. Quare de dignitate tua nihil oportet dubitare. Ideo enim accedis, quia indignus es, ut dignus fias, & iustificeris ab eo, qui peccatores, & non iustos querit saluos facere. Dum autem credis uerbo Christi, iam honoras uerbum eius, & eo opere iustus es. &c. **¶**Tertio. Hanc fidem multipliciter nobis commendauit in Euangelio. Primo, quando mulieri Cananaeae dixit. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti. Hic patet, quod non de fide illa generali agit, sed de speciali, quae erat de effectu sanandae filiae, quae mater petiit. Hunc enim effectum, ipsa fortiter credidit, posse & uelle Christum efficere, & sic impetrauit. Nunquam autem impetrasset, nisi ita credidisset, ergo ad hunc effectum, nulla dispositione, sed sola fide digna facta est. **¶**Secundo. Quando ad caecos illos dixit, creditis, quia possum hoc uobis facere. Et illi, utique, ait. Sicut credidistis, fiat uobis. Ecce certi erant quod fieret quod perebant, ideo & factum est, sine omni alia dispositione. Si autem dubitassent futurum, nec petissent bene, nec accepissent. **¶**Tertio. Centurio ille, dicit tantum uerbo, inquit, & sanabis puer meum, non utique generali fide, sed speciali de praesenti effectu credidit & impetrauit. **¶**Quarto Ioan. x. Regulus ille credidit sermone, quae dixit illi Iesus, scilicet, uade, filius tuus uiuit. En ipsa fide meruit uitam filii. Ita certe oportet omnem accedentem credere, sese consecuturum quod quaerit, aut nihil consequetur.

¶ Quinto illud Marci. Amen dico uobis, quicquid orantes petieritis, credite, quia accipietis, & fiet uobis. ecce dicit, quicquid, nihil excipiendo. Patet autem, quod in sacramento quolibet, petim⁹ aliquid (nemo enim sacramentū accedit, nisi grām petiturus) ideo hic audiendus est Christi⁹ dicens, credite quia accipietis, & fiet uobis, alioquin omnia mutaretur in ecclesia, & nihil certe constaret, quod est absurdiss.

¶ Sexto illud. Si habueritis fidē, sicut granū sinapis, & dixeritis monti huic, transi hinc, & nō haesitaueritis in cordib⁹ uestris. Amen dico uobis, fiet. Et si totū Euāgeliū percurras, inuenies exempla alia multa, quae oīa, nō de fide gñali, sed particulari, & quae ad effectum aliquē p̄sentē pertineat, dicunt. Quare necessaria est fides certa absoluendo, cū sacramēta nō legis, iuxta magistrum, sint in exercitium & actuationem fidei nostrae instituta.

¶ Septimo. Hinc discipulos & Petrū saepe reprehendit dñs, quod essent modice fidei, nō gñalis ut dicis, sed sp̄ialis de effectu p̄ntē, ut patet.

¶ Octauo. Iacob⁹. c. i. Si quis indiget sapientia postulet a deo, postulet autē in fide, nihil haesitans. Nam qui haesitat, similis est fluctui maris, qui uento mouet, nō ergo existimet homo ille, quod accipiet aliquid a deo. Ista est certe euidentissima auctoritas, etiā cogēs me ad hanc sententiā, quod grām aut sapientiā nullus accipere potest, qui dubitat sese accepturū, nec uideo quid ad eam responderi possit.

¶ Nono. B. uirgo nūquā cepisset filiū dei, nisi angelo nūciante credidisset, ita ut diceret, fiat mihi scđm uerbū tuū, sicut p̄dicat Elīsa beth. Brā quae credidisti, quia perficiens in te, quae dicta sunt tibi a dño, unde fidē ei⁹ miras diuus Bernhard⁹, & uniuersa Ecclesia. Sicut Samuelis mater Anna, postquā credidit uerbo Heli, abiit, & uultus ei⁹ nō est ampli⁹ in diuersa mutat⁹. Cōtra filiū Israhel, quia nō crediderunt uerbo pmittentis terrā Canaā, in deserto p̄strati sunt. Et breuiter. Quicquid illustre factū legim⁹ in uete. & noua le. fide factū esse legim⁹ nō operib⁹, nec fide gñali, sed fide ad p̄ntem effectum destinata, inde nihil aliud in scriptura, quae fides cōmendat, p̄sertim Abrahā. Ro. iiii. quae tū fuit in filiū nasciturū Isaac, & nihilomin⁹ est ei in iusticiā reputata. Sic & nobis in sacramētis fiet, si credimus consequimur, si nō credimus, in iudiciū accedimus.

¶ Decimo. Sic. b. Aug. super Ioan. accedit uerbū ad elementū, & fit sacramentū, nō quia fit, sed quia creditur. Ecce baptisimus abluir, nō quia fit, sed quia creditur abluere. Inde & Mariā absoluens, dicit,

Fides tua te saluā fecit, uade in pace. Inde illud dictū cōmune, non sacramētū fidei, sed fides sacramēti iustificat, sine qua impossibile est, ut sit pax in p̄scientia. ut Ro. v. Iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad deum.

¶ Undecimo. Et Bernh. sermo. de annūciati. i. Neceſſe est em̄ primo oīm credere q̄ remissionē peccatorū hīc nō possis, nisi per indulgētiā dei, sed adde adhuc, ut credas, & hoc, q̄ per ip̄m peccata tibi donantur, hoc est testimoniū, qd̄ perhibet Sp̄s sanctus in corde tuo, dicens, dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitrat̄ur Apostolus gratis iustificari hominē per fidē. Hac ille.

¶ Istæ & multæ auctoritates, tam expresse, tam copiose, ducunt, cogunt, captiuant me in sententiam, quam dixi.

¶ Quare Reuerendis, in Ch̄so pater, qm̄ diuino munere es vn̄q̄ insignib⁹ dotib⁹, p̄sertim iudicii acrimonia donat⁹, Rogo humiliter R. P. T. dignes clementis. mecū agere, & cōscientiæ meæ cōpati, ac demonstrare lucē, q̄ possim hac aliter intelligere, & nō cogere ad reuocationē eorū, q̄ etiā teste p̄scientia, nō alia duco, q̄ ea, quibus me neceſſe sit p̄sentire. Et st̄tib⁹ his auctoritatib⁹, aliqd̄ facere nō possum, nisi q̄ obediendū esse deo magis q̄ hominibus, scio.

¶ Velitq̄ R. P. T. ap̄d Sanctis. dñm n̄m Leonē decimū, p̄ me itē cedere, ne tāta rigoris inclemētia in me permoueat, ut ī tenebras p̄iciat animā: quarentē nō nisi lucē ueritatis, & paratissimā cedere, mutare, reuocare om̄ia, ubi aliter intelligēda esse edocta fuerit. Nec tam arrogans & uanæ gloriæ studiosus sum, ut hac causa pudeam reuocare male dicta, immo gaudiū meū primū fuerit, uicticem fieri ueritatē. Solū ne qd̄ p̄tra conscientiæ meæ sensum tentare cogar. Nam sine om̄i scrupulo hanc esse scripturæ sententiam credo. Dñs Ihesus regat & seruet Reuerēdissimā P. T. eternū. Amē.

¶ Quæ cum altera die obtulisset, primo p̄tempſit, & uerba esse, missusq̄ tñ ea ad urbē sese dixit, interim ad reuocationem urgebat, intentas censuras sibi demādas, ac nisi reuocaret, abire & nō redire in p̄spectū suū. Quo audito, cū uiderē eū esse firmatū in p̄posito, nec uelle audire scripturas, Ego quoq̄ firmasset̄, p̄positū nō reuocandi, abii sine spe redeundi. Nam q̄q̄ dixit, & etiā nūc gloriatur, sese paterne nō iudicialiter mecū adurū, nō intellexi tñ hanc paternitatē, om̄i iudicio rigidiorē esse, ut quæ nō nisi reuocationē p̄tra p̄scientiā exigeret, nec saltē uellet, aut posset potius, ostēdere

& cōuincere errorē. Nam cū uīdisset a me reūci scholasticorū opī-
natorū cōmenta, p̄misit quīdē, se acturum p̄tra me sacra scriptura
& Canonib⁹, qđ quō intellexerit, iterū ignoro. Nullā em̄ syllabā
ex sacris literis p̄tra me produxit unq̄, nec usq; hodie, si q̄maxime
uellet, posset. cū uno oīm consensu firmatū sit, nihil de indulgen-
tiis in sacris literis haberi, quæ i otius non nisi fidē cōmendant, &
tam uacuae sunt indulgētiarū memoria, q̄ plenæ sunt fidēi eruditi-
one. ut impossibile sit, utrū illoꝝ articuloꝝ posse p̄uelli per ipsum.
¶ Vbi ego uero scripturas p̄ me attuli, cœpit homo, paterne agēs,
de corde suo mihi fingere glosas. Et qui tam uigilanter Extrauagā-
tem contra me obseruaret, satis pulchre dissimulabat Canonem
illum, quo p̄hibet Ecclesia, ne quis proprio ingenio scripturas in-
terpretetur. & iuxta Hilarium, non afferendas, sed referendas esse
ex sacris literis intelligentias. Nec tamen hanc uiolētiā ei⁹ agre-
tuli, sciens eam facultatem interpretandi, ex longa Ro, Curia con-
suetudine, & scholasticorum distinctorum usu sibi p̄sumptā. Cre-
ditum est etiā iam diu, qđ quicquid Rom, Ecclesia dixerit, damna-
rit, uoluerit, id mox omnibus dicendū, damnandum, uolendam
esse. nec aliam reddi rationem oportere, q̄ quia sic sedes Aposto-
lica & Ro, Ecclesia sentit. Hinc, relictis sacris literis, & acceptis tra-
ditionibus, uerbisq; hominū, factum est, ut Ecclesia Christi nō mē-
sura tritici pascatur, nec uerbo Christi, sed non raro, temeritate &
uoluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur. & eo profece-
rit nostræ infelicitatis magnitudo, ut ad reuocationē & abnega-
tionē fidēi christianæ, & sacratissimæ scripturæ incipiāt cōpellere.
¶ Porro. Si iste est modus reuocandi, nihil uideo futurū, qđ ut p̄-
cedentē reuocationē, sequente alia, sine fine reuocem. Nam, si qua
industria suum ipsius dictum, in eum ipsum retorsero, cito aliud
cordis sui Idolum mihi fingeret. (Est enim mire fecunda distin-
ctionibus Thomistica Theologia, ac uere Protheus quidam) cui
neceffe esset denuo, reuocando obedire. Cum enim non in solidi-
tate petrae, sed in arena cogitationū suarū uagetur, nihil aliud, qđ per-
petuum reuocandi negotiū mihi incūberet.
¶ Igif accepto mādato non redeundi, mansi tñ eodē die in loco,
tū uocato Reuerendo & optimo patre meo Ioanne Stupitio Vi-
cario, egisse dicitur multis, ut ad reuocationem inducerer spon-
taneam. Mansi & sequente die, & nihil mandabatur.

¶ Tertia die scz dñica mansi, & literas dedi, nec aliqd respondebatur. Quarta die mansi, & nihil fiebat. Idem silentiũ quinta die passus. tandẽ p̄sulentib⁹ amicis, p̄sertim cū antea iactasset, sese h̄re mādātũ, ut & me & uicariũ incarceraret, disposita appellatiõ affigenda, recessi, sat periculosam obedientiã me p̄stitisse arbitratus.

¶ Nũc, mi lector, tu mihi pueniendus es. Posteriorẽ istã responsionẽ meã, & si cū m̄lta reuerentia dedi, ac uelut in arbitriũ Summi Pontificis reposui, nõ tñ id me fecisse credas, q̄ de re ip̄a dubitem, aut animi sententiã sim unq̄ mutaturus. Veritas diuina est, etiam dñã Papã, nõ em̄ iudiciũ homis expecto, ubi diuinũ iudicium cognoui, sed q̄a oportuit reuerentiã seruare ei, qui uice Summi Pontificis fungebatur, tũ q̄ etiã uerissime dicta, oporteat cū hũilitate & timore asserere & tueri.

¶ Priorẽ uero nihil rei ert utut acceperis, nam in ip̄a nullũ periculũ est, ster siue cadat, nec indulgẽtiis quippiã accedit, si uicta ac falsa fuerit. nec quicq̄ decedit, si uicerit, ueraq̄ fuerit. Nec ad rem ip̄sam m̄ltũ pertinet, nisi q̄ per eius ingressum, subdole totius disputatiõis calũnia quærif. Nam si superbius uoluiffem agere, nõ potuiffem ad unũ uerbũ cogi, cum tota disputatio iam sit dedicata & oblata Pontifici, ita ut ad me amplius nihil pertineat, nisi expectare sententiã. In posteriore uero respõsione certe summa pendet salutis. Nõ es mal⁹ Chriãf⁹, siue scias siue ignores extrauagantẽ, nõ es aut̄ nisi hæreticus, si neges fidẽ uerbi Christi. Quid hic premã & raceam, credo te sentire, optime lector, non sine gemitu.

¶ Vnũ tñ te latere nõ uolo, hac disputatiõẽ nihil q̄ri q̄ synceram scripturã intelligentiã, quã nobis in multis locis, sacra illa, ut uocant, decreta, si nõ corrumpunt, certe uerbis detortis ac male tractatis Obscurant, & uelut obducta nube, purissimũ solẽ tegunt, de quo aliqñ latius, si aliq̄s mihi Romanus adulator obstreperit. p̄stabo, deo p̄pitio, quendã iuristotheologũ. Sed qui parũ sit placitur⁹, p̄sertim Romanã Curia adulatorib⁹. iam dudũ em̄ gessit anim⁹ ludere bellũ, qd̄ gessit Iosue aduersus haitas. Interim hũc gustũ tibi plibo, q̄ p̄clusio mea uere est p̄tra Extrauagantẽ illam, ideo falsa & erronea, & reuocãda, q̄re & reuoco eam solẽniter in his scriptis, damnatamq̄ a me ip̄so pronuncio. profiteor deniq̄, q̄ ita posita est a me, & usq̄ hodie placet ip̄sa, atq̄ si posita non esset, adhuc ponerem.

¶ Secūdo, reprobo, damno, detestorq; extrauagantē illam, tanq̄
falsam & erroneā, meritoq; reprobandā, p̄fiteorq; bonū fuisse eā,
aliis uerbis positā eē, nō q̄ sit falsa in suo sensu, s̄ q̄ i Theologico
sensu errat, cui⁹ uerba inducit p̄tra sententiā text⁹ apertissimā.

¶ Ecce reuocationē, iam satisfeci, etiā aduersariis, spero. Quid? in
sanū me putas, lector, aut ebrīū censes? Non insanio, sed sobrieta-
tis uerba loquor. Quod ut ostendā, etiā crassissimæ ruditati clare
faciam, solere scz Pontifices uim facere sacris lris in suis decretis.
Nam Reuerendissim⁹. D. Legatus oīm impatiētis. tulit, q̄ nec Pa-
pæ sanctitati pepercerim (sic enī scribit ad Illust. Principē Frideri-
cum &c.) & relatiōe indigna dixerim, q̄ Papam torquere & abuti
scripturis dixerim. nitendum itaq; mihi est, ut non possit negare,
uim scripturæ aliquando factam.

¶ Primo dicit decretalis de p̄sti. translato sacerdotio, necesse est
ut translatio legis fiat. Hæc Apli uerba sūt ad Hæbreos dicentis, tē-
porale sacerdotiū legis, finitū & abrogatū, succedente sacerdotio
æterno Chri. Hæc est germana & genuina sentētia istorū uerborū.
At decretalis hui⁹ sentētia est hæc, sacerdotiū Chri est translatum
a Mose in Christū, & a Chro in Petrū. Sic enī interpretant iurista, &
Pontifex permittit, seu approbat, Quis aut nō uidet alienā hanc,
tortamq; & abusiuisimā esse uerborū intelligentiā? immo pro-
sus talem, quæ nisi m̄to sudore moderet, siml & indoctissima &
impiissima sit. Impiissimū est enim dicere, sacerdotium & legem
Chri esse abrogata & finita. ut Petrus sacerdos & legislator, amoto
Chro sit, id enī significat pprie uerbū Apli, translatio. Nolo Petrū
aut Paulū sacerdotē hie, qm̄ & ipse peccator est, nō habēs, neq; qd̄
p̄ me, neq; quod p̄ se, offerat. Ut interim taceā, fœdissimā arrogā-
tiam, quā talis olet intelligētia, scz in solū Petrū a Chro fuisse trā-
slatū sacerdotiū Chri. Quasi ceteri Apli remanserit laici, aut a Pe-
tro ordiati fuerint sacerdotes & Apli. Igitur, si nunc posuero hanc
ppositionē, sacerdotiū Chri, nec in Petre, nec in Papā translātū est.
Et. R. D. L. mihi hanc decretalē opp̄ osuerit, cū gestu & tonitru ma-
iestatis suæ, & urgeat me ad reuocationē, et ego responderim, Pa-
pam ibi torq̄re scripturas, & abuti uerbis eius, meā aut̄ concl. esse
uerā i theologico sensu, decretalē aut̄ forte in aliquo alio abusi-
uo, putas me debere formidare minas uerbi hūani qbus terreor,
quasi indignū relatu dixerim, & sc̄itati Papæ nō pepercerim? Ho-

adorabo sanctitatē Papæ. Sed adorabo sanctitatē Chri & ueritatis.
¶ Item, Si illud Matthei. x. Tu es Petrus, & tibi dabo clauēs regni
cælorū. Quodcūq; solueris &c. tractarē, uel in scholis, uel in sug-
gesto. Et ponerē hanc ppositionē. Istis uerbis nō potest pbari, Ro-
manā Ecclesiā esse cæteris per totum orbem Ecclesiis plātam. Et
mihi. R. D. L. opposuerit (credo cū cōmotiōe, præ relati indigni-
tate) dif. xxi. ubi Pelagi⁹ Papa tāta uoce clamat, nō synodicis de-
cretis, sed Euāgelica uoce (bñ uoce, sed nō sensu) Ro, Ecclesiam esse
cæteris ecclesiis plātā, & ad id inducat hunc Matthei Ap̄li locum,
Credis ne me relicturum euangelicum sensum, & non nisi Pelagii
sensem amplexurum, q̄ uocē nō sensum Euangelii sese iactat seq̄
Non quod nouā Monarchiā nri sæculi Romanorū, damnem, aut
negem. sed q̄ uim scripturæ uerbis fieri nolim, & insulsiſſimorū
quorundā hoīm stultitiā reprobem, q̄ nobis Ecclesiam Chri, tem-
pori & loco affixerunt, p̄tra uerbum Chri dicentis, Nō ueniet reg-
num dei cū obseruatōe. & Chriānū esse posse audēt negare, qui nō
sub Ro. Pōtifice, decretisq; eius oppressus fuerit. Ac sic plusq; octin-
gentorum annorum Chriānos, totius orientis & Africa nobis ex
Ecclesia Chri eiiciunt, qui nunq̄ sub Ro. Pontifice fuerunt, nec Euan-
gelium unq̄ sic intellexerunt. Nam adhuc. S. Gregorii tēpore. Ro.
Pontifex, uel is Ep̄us nō salutabaf. Immo ip̄emet Grego, licet Ro,
Ep̄us, acerrime persequitur nomē uelis Ep̄i, & totius Ecclesie Pontifi-
cem, plus fere sex epl̄is, ut nō dubitet uocabulum eiusmodi, pro-
phanam appellare, qd̄ nro sæculo & solum appellatur sanctissi-
mū. Sicut etiā Petrus cæteros Ap̄los nō creauit (sic enim hodie uo-
catur Ep̄os ordinare) ita successor Petri, nullū successorē aliorum
Apostolorū creauit. Deniq; non nisi frat̄e & coepiscopū & colle-
gam uocauerunt Ro, Ponti, cæteri Episcopi, ut Cyprianus Come-
lium. et Aug. Bonifacium, & alios.
¶ Vnde. S. patres, illud Matthei, Tibi dabo, nō intellexerūt ad
sensem sacri istius Canōis, super cæteros fuisse Petro dictum. Sed
ūnus (inquit) p̄ om̄ibus, ut æqualitas una oīm exprimeretur,
dum qd̄ Petrus responderet, omnes & singuli respondent. Vnde &
alio loco in plurali eandē sententiā dicit, Quodcūq; ligaueritis &c.
& quod uni dicis, om̄ibus dicitur. Deniq; nō primū super Petrum
descendit Sp̄s sanctus in die penthecostes. nec in terris, primū le-
gitur insufflāsse in Petrum, quod tamen si q̄ maxime factum fuis

set, non ideo Petrus Monarcha præ cæteris fuisset Apostolis.

¶ Igitur Canon ille sit uerus, admitto, sed abusiue. mea, euangelico & pprio sètu, concl. uera est. q. si Monarchia Papæ probari potest, potius ex illo Apostoli Ro. xiii. probabitur. Omnis potestas a deo est, & quæcunq; a deo sunt, ordinata sunt, huius inq; uirtute (pprie loquendo) subicimur sedi Romanæ, donec deo placuerit, qui solus, nō etiā Ro. Pont. transfert regna atq; constituit.

¶ Talia multa, mi lector, in sacris decretis inuenies, & alia quædā, quæ, si nasum sponsæ respectorē Damasci .i. carnis & sanguinis ad hibeas, sapius odore offenderis.

¶ Sic nūc de Extrauagāte illa dico. Merita Chri nō sunt thesaur⁹ indulgentiæ, q. sine Papa operant⁹ grām. Hac ppositio Euāgelica est, ubi scribit in mltis locis Chri sanguis & obediētia nos factos & pstitutos iustos, psertim Ro. v. Per unius (inquit) obediētiā (credo hanc esse merita Chri) iusti pstituti sunt mlti. per indulgētiās aut nemo sanct⁹ efficit, qd de meritis Chri affirmari, est cōtra tam apertas scripturas. Igit, an sit ista ppositio ptra uel extrauagantē, uel intra uagantē, nō curo. prior est ueritas scripturæ, & post hoc, si homis uerba uera esse possunt, uidendū. Nam ego certe non auderē unq; asserere, q. per indulgentias, amici dei fiant, sicut exp̄s se dicit Extrauagās, ducēs uerbū sapiētis, de participatione æternæ sapiētiae dicētis, ad participatiōē indulgētiæ. Fuit istæ scripturæ ueræ, an temp⁹ illius extrauagantis, nec ab ipa recepit ueritatem, nec pōt dici, q. de indulgētiis loquant, cū per totā eccliam notum sit, nihil i scriptura haberi de indulgētiis, ideo necessario seq, si q. scripturæ de eis interpretent, ut hic sit, uim eis fieri, & impprie ac abusiue accipi. Nihilomin⁹ tū reuerētiæ causa, ueram eam pteor, & utrūq; sensum uolo reri. Et dicē mihi, immo istū (.i. deteriorem) sensum seruabis. Alterum (.i. germanū) negabis. Ideo si meā conclusionē cogor falsam dicere, faciā quidē, sed simul extrauagantē bis falsam pdicabo. Nam quod in me criminantur, contra cōmunem consuetudinem me sentire de indulgētiis, plane fateor ita esse, & dedita opera a me factū, ut discuteretur aliquādo ista cōis opinio, iuxta quā merita Christi uocari thesaurū indulgentiarū, non ignorabam, sed mihi falsa ad uerborum sonum uidebatur. ideo posui, q. clauēs merito Christi donatæ essent hic thesaur⁹, non omnino reiiciens ab indulgētiis merita Christi, sed ad aliū

sentum exponēs, quā h̄ret opinio eōis. **Q**z nisi cū humilitate & reuerētia uoluissē cōmuni huic opinioni p̄tra dicere, omisissē dicere clauēs merito Christi donatas, ut penit⁹ merita Christi excluderē. Nunc autē inuolui, ut mitior esset p̄tradictio. Quin nō peccassem mortaliter, si extrauagāti in faciē restitissē. Et illud diui Hieronymi adduxissē, ubi de iis loquens, qui qcquid dixerint, legem dei putāt, dicit. Nec scire dignant, quid p̄phetā, quid Apostoli senserint (nota senserint) Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, q̄si grande sit, & nō uiciosissimū docēdi genus deprauare sentētiās, & ad uoluntatē suā scripturā trahere repugnātem. Sic certe facit hęc extrauagās. Nam uerba de meritis Christi, quibus remittuntur peccata, trahit ad indulgētiās, quod qua fiat congruitate, aduerte quāso. ¶ Merita Ch̄i tollunt peccata, & auget merita. Indulgētiā tollunt merita, & relinquunt peccata. Et potest idem textus de utrisq; pp̄rie intelligi. Credo Orestes quoq; hoc negabit. Et tñ ego, reuerētiā studio, id admisi, & asserui, licet multa uiolētia. deniq; cū sit obscura uerbis extrauagās, & uere quāsdā extrauagās, nunc sonans q̄ merita Christi sunt, nunc q̄ acquiserūt thesaurū indulgētiā, dixi, q̄ & pro mea sentētia stare potest cōtra communē sentētiā, & super hac dubia tortrice uerborū dei, & deprauatrice (ut Hiero: ait) sentētiā. Ego certā reuocationē faciā, nō quieto errorem nō faciā, s̄ cōstanter & cū fiducia nego, Merita Christi esse in manu Papæ ullo modo (ut uerba sonant) ipse uiderit quomodo suā extrauagantem intelligat.

¶ Sat igitur sit pro hac uice ostēdisse, Non in omnib⁹ decretis Pōtificū haberi, uerum legitimū sensū scripturā, ideōq; citra eorū iniuriā, posse aliter dici, teneri, sentiri, quam ipsi habent. siquidē ip̄met scripturā interpretandā auctoritatē, doctorib⁹ tribuūt, sibi uero iudiciū descindēdarū, causarū. Deinde alia est facultas Iuridica q̄ theologica, multa permittūtur in illa, q̄ in hac p̄hibent. Eleuet iurista: suas traditiones, m̄to magis nos Theologi, puritatem scripturā seruemus, eoq; magis, quo uidem⁹ nō s̄culo, surgere nocētissimos adulatores, qui Summū Pōtificē, ultra Cōcilia eleuāt scz, ut uno Cōcilio per alterū rep̄bato, nullū nobis certū relinquatur, tandem om̄ia simul concedat unus homo Papa. Idem super Cōciliū & infra. supra, dum potest dānare. infra, dū accipit a cōcilio auctoritatē tanquam a maiori, qua fiat supra concilia.

¶ Sunt quoque qui Papam non posse errare, & supra scripturam esse impudentissime iactent, quæ monstra, si admissa fuerint, scriptura perit, sequetur & Ecclesia, & nihil reliquum erit, nisi uerbum hominis in Ecclesia. Sed quærent ii adultores inuidiam, deinde ruinam & perniciem Romanæ Ecclesiæ. Quare ego coram te, lector, preestor, me colere & sequi Romanam ecclesiam in omnibus, solum illis resisto, qui nomine Ecclesiæ Romanæ, Babyloniam nobis statuere moluntur, uolentes quicquid cogitare poterint, modo linguam tantum mouere possint, ut Romanam Ecclesiam nominent, totum statim per Romanam Ecclesiam sententia accipi. quasi non supersit scriptura sancta, per quam (ut Aug: ait) de omnibus iudicamus, contra quam sine dubio Romana Ecclesia nunquam sapit aut statuit.

¶ De quoque numero esse credo, suauissimos istos sycophantas, qui dictarunt quoddam breue Apostolicum contra me, cuius formam, ut uideas, quæ prudenter insidiis sint usi, uolo in publicum dare. Nam in Germania fuisse confectum, & aliqua deinde industria ad Romam missum, & forte solo nutu alicuius magnatis Romam remissum ad Germaniam. statim addita postilla, te uel certum, uel suspiciosum saltem faciam. pertinet enim & hoc, ad actorem meorum partem.

DILECTO NOSTRO FILIO THOMAE, TITVLI SANCTI
Sixti presbytero Cardinali nostro & Apostolicæ sedis
de latere Legato.
LEO PAPA .X.

¶ Dilecte fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Postquam ad aures nostras peruenerat, quedam Martinum Luther ordinis Eremitarum S. Augustini Professorem, in reprobum sensum uersum, nonnulla hæretice, & ab eo, quod Sancta Romana tenet Ecclesia, diuersa asseuerare, & super hoc conclusiones, necnon famosos libellos temeritate propria & erecta ceruice, laxatis obediencie frenis, inconsulta Romana Ecclesia, fide magistra, in diuersis Germaniæ partibus, publicare ausum fuisse. Nos temeritatem suam paterne corrigere uolentes, Venerabili fratri nostro Hieronymo Episcopo Asculano, Curia causarum Camera Apostolicæ generali auditori, commisimus, ut ipsum Martinum ad comparandum personaliter coram eo, & se super præmissis examinandum, & qualiter de fide sentiret, respondendum, sub certis poenis moneret. Ipseque Hieronymus auditor, contra dictum Martinum monitorium huiusmodi,

ut accepim⁹, decreuit. Nuper autē ad noticiā nrām deuenit, q̄ dī-
ctus Martin⁹, benignitate nrā abusus, & audacior effectus, mala
malis addendo, & pertinaciter in hærēsi persistēdo, nōnullas alias
cōclusiōes, ac famosos libellos siliter publicauit, in quib⁹ nonnulla
alia hærētica, & erronea p̄tinent. Quod quidē mentē nostrā non
modicū perturbauit. Quare, p̄t pastorali nrō incumbit officio, i
p̄missis occurrere, & ne pestis hmōi adeo inualeat, q̄ simpliciā
anīos inficiat, prouidere uolētes, circūspēctiōi tuā (de qua tum ob
singulārē doctrinā, & rerū experiētiā, tū ob in nos, & hanc sc̄tām
sedē, cui⁹ honorabile membrū existis, syncerā deuotionē, plurimū
in dño p̄fidim⁹) per p̄ntes mandam⁹, ut eisdē p̄sentibus receptis,
absq; ulla mora, quoniā res apd̄ nos, tum ex fama, tum & facti per
manentiā, notoria, & inexcusabilis est, dictū Martinū hærēticū,
per p̄dictū auditorē iam declaratū, ad personaliter coram te cō-
parendum. Inuocato ad hoc tam charissimi in Christo filii nostri
Maximiliani Romān, Imperatoris Electi, q̄ reliquos Germaniæ
Principū, cōitatū, uniuersitatū & potentatū, tam Ecclesiasticorū,
q̄ seculariū brachio cogas atq; cōpellas, & eo in potestate tua reda-
cto, eum sub fideli custodia retineas, donec a nobis aliā Irabueris
in mandatis, ut corā nobis & sede Apostolica, ac q̄ si corā te spon-
te ad petendū de huiusmodi temeritate ueniam uenerit, & ad cō-
reuerfus p̄nitentiæ signa ostēderit, tibi eū ad unitatē sanctæ ma-
tris Ecclesiæ, quæ nunq̄ elaudit gremiū redeunti, benigne recipien-
di concedimus facultatem, si uero in pertinacia sua perseverans, &
brachiū secularē contemnens, in potestātē tuā nō uenerit, tibi in
omnibus Germaniæ partib⁹ eum ac omēs ipsius adhærētes, & se-
quaces, etiā per edicta publica ad instar illoꝝ qui olim in Albo p̄-
torio scribebant, p̄ hærēticis, excōmunicatis, anathematizatis, &
maledictis publicandi, & ab omnibus Christifidelibus, tanq̄ tales
guitari faciendi, concedimus similiter facultatem, & ut celerius, &
facilius morbus huiusmodi exterminetur, uniuersos & singulos p̄-
latos, & alias ecclesiasticas personas, tam seculares q̄ quorumuis
ordinum etiam mendicantiū regulares, necnon Duces, Marchio-
nes, Comites, Barones, ac quascunq; Cōmunitates, uniuersitates, &
potentatus (p̄fato Maximiliano electo Imperatore excepto) au-
thoritate nostra etiam sub excōmunicatiōis latæ sententiæ, & aliis
infradicēdis p̄cnis moneas, & requiras, ut sicut reputari cupiant

& haberi fideles, dictū Martinū, & eius adhærētes, & sequaces capi-
ant, & ad manū tuas transmittāt. Quod si, qđ absit, qđ nobis per-
suadere nō possum⁹, prædicti Principes, Cōmunitates, Vniuersita-
tes, & potētatus, aut aliquis eorum, Martinum, aut adhærētes
& sequaces prædictos quomodolibet receptauerit, seu eidē Martino
auxiliū, p̄siliū uel fauorem, publice uel occulte, directe uel indirecte
ex quāuis causa quolibet dederit, eorundē Principū, cōmunitatum,
Vniuersitatū, & potētatuū, ac cuiuslibet eorū ciuitates oppida, ter-
ras, & loca, necnon ciuitates, oppida, terras, & loca, ad q̄ prædictum
Martinū decliare p̄tulerit, donec dict⁹ Martin⁹ ibidē permāserit,
& per triduū post, ecclesiastico subiicim⁹ interdicto. Mandantes ni-
hilomin⁹ om̄ib⁹, & singlis p̄cipib⁹, ac cōmunitatib⁹, uniuersita-
tib⁹, & potentatib⁹ prædictis, ultra p̄fatas p̄enas, quoad ecclesiasticos
& regl̄ares prædictos, sub priuationis ecclesiæ, Monasteriorū, & aliorū
b̄nficiorū ecclesiasticorū, necnō inhabilitatis ad ea in postē obrinē-
da, priuatione quoq; feudorū, quo uero ad laicos, dempto prædicto
Imperatore, infamiæ, inhabilitatis ad oēs actus legitimos eccle-
siasticæ sepulturæ, priuationis quoq; feudorū a nobis & sede Apol-
tolica, uel quibusuis aliis etiā secularib⁹ obtentorū p̄enis eoi⁹ in-
currēdis, q̄ten⁹ mādata requisitionis, & hortatiōes tuas sine exceptio-
ne, cōtradictione, & replicatiōe aliq̄, illico exequātur, & a cōsilio,
auxilio, fauore, & receptatiōe prædictis omnino abstineāt. obedi-
entibus uero indulgentiā etiā plenariā, seu retributionē aliquam,
aut gratiā arbitrio tuo concedendi, tenore præsentiu tibi tribui-
mus facultatē, nō obstātib⁹ exemptionib⁹, priuilegiis & indultis,
iuramento, p̄firmatione Ap̄lica, uel quauis firmitate alia roborā-
tis, quibusuis ecclesiasticis seu cuiusuis ordinis & mendicantiū regu-
laribus, Ecclesiis, Monasteriis, siue locis, aut personis etiam secularibus
quomodolibet cōcessis, etiam si in eis caueretur expresse, qđ
excōmunicari, suspēdi, interdici nullo modo possint, cū irritatis
decreti appositione, quib⁹ eorū tenores, ac si de uerbo ad uerbum p̄-
sentibus infererent p̄ expressis habent. ad effectum p̄sentium speci-
aliter & expresse derogamus, & derogatum esse uolum⁹. Ceterisq;
contrariis quibuscunq;. Datum Romæ apud S. Petram, sub an-
nulo piscatoris. Die. XXIII, Augusti. M. D. XVIII. Ponti. nostri
Anno sexto.

Ia. Sadoletus.

POSTILLA .F. MARTINI LVTHER SVPER

Breue precedens.


¶ Deinde, quis dixit Pontifici me ab usum benignitate sua, qua me per. d. Hieronymū citari fecit & cum tempore hui⁹ dati breuis aut certe hui⁹ benignitatis abusus, ego nondum quicq̄ de citatione audierim, ut infra scies, sed insulsus aliquis Leucocorax in Germania meā uidēs fiduciam, ista crocitauit.

¶ Item, q̄ in haresi pertinaciter post Hieronymianā citationem & monitionē perstiterim, & alios libellos adiderim, est apertum mendaciū, nō solū enim ante datū hui⁹ breuis, & etiā ante datum monitorii, cessatū erat a libellis adendis meis, exceptis resolutionibus, q̄s necdū citatus plene absolueram, seu satis indicat nasus, displicuisse defensionē meam uulgari, quibusdā cucullis. Quib⁹ cū non cederem, fingūt mihi, pontificē quendam de permanētia facti, de fama notoria & inexcusabili, diuinantē. Iste em̄ Leo decim⁹, quem illi fingunt, forte est inter rationem rei rationabilis, & rei ratiocinantis natus.

¶ Ultimo & oīm suauissimū. Breue hoc datum est. xxiii. Augusti. Ego aut̄ citatus & monitus fui septia Augusti, & sic intra datū breuis & citationē cucurrerūt xvi. dies. Calculū pone lector, & inuenies dūm Hieronymū Ep̄m Asculensem, uel ante mihi insinuatam citationē, aut intra decimū sextū diē, post insinuatā, p̄cessisse contra me, iudicasse, damnasse, declarasse. Si nūc quarā, ubi tūc sexaginta illi dies mihi dati in citatione mea, q̄ inceperūt a septia Augusti finiebant̄ aut̄ circiter septimā octobris? Est iste mos & stilus Romane Curiae, ut eadē diē, citent, moneāt, accusent, iudicent, damnet, declarent? Praesertim tanto spacio absentē & ignorantē. Quid respondebunt, nisi sese oblitos fuisse ellebori, quando hoc mendacium adornare parabant?


¶ In fine, mi lector, accipe fidele meū monitoriū, ut cūq̄ cesserit meis p̄positionibus, & quātūcūq̄ indulgētias eleuauerint, ne in meam stultitiā aliq̄n cadas, moneo. Ego em̄ uere mihi donari merita Ch̄i per indulgētias aliq̄n credebā. Atq̄ hac stulta opinioē precedens, docui, & iactaui in populū, quūquidē tantæ res essent indulgentiæ, nō licere eas relinq̄re, uales, & cōtemptas h̄re, nō aduertens oīm Bardos̄ bardissimus, q̄ eo sermōe, pene p̄ceptū salubre, aut certe consiliū necessariū facerē, ex p̄missiōibus, licentiis, relaxati-

onibus. Huc enim me perpulit sensus meus, opinionum & extraneitatem male lucidis uerbis deceptus. Erraui, testis lector. Reuoco, testis lector, postquam autem receptis oculis uiderem, ab omnibus doctoribus, una sententia tradi, indulgentias melius omitti quam redimi, & foeliciores esse eos, qui per se fati faciunt, quam qui indulgentias redimunt, Essequi indulgentias aliud nihil, quam relaxationes bonorum operum, quibus satisfactio impletur, mox uidi, pleiui sequela, eas posse contemni, immo saluberrimum esse consilium, ut relinquuntur, & uiles habeantur. porro contemnere, relinquere, uilia ducere, sacrosancta, preciosissima, inestimabiliaque merita Christi (.i. indulgentias) horrendum sonabat, ac non tam consilii, quam furentis impietatis uerba iudicabantur. Ad haec perurgebat, quod indulgentia sine nomine meritorum Christi, uilissimae essent, soloque titulo meritorum Christi, reque omnium preciosissima fieret, ac sic sacrosancta (heu) incomparabilia merita Christi, ad turpissimam foedissimamque seruitutem quaestus pertexerent. Quis enim Christianorum, si audiat, uel nominari, nedum exhiberi, uulnera, sanguinem, labores dulcissimi Saluatoris sui, non uitam quoque, nedum pecunias prodigeret, idque cum gaudio? At quo rursus dolore cruciaberis, si haec omnia, non nisi in teterrimum quaestum seruire uideris, ac non uno Iuda, nec semel, sed innumeris Iudis, singulisque momentis uendi, reuendique Christum. Igitur non te fallat nomen Christi, recordare praedictum esse, multos uenturos pseudochristos in nomine Christi, tantaque prodigia & signa duros, ut in errorem ducant (si fieri poterit) electos. Sit mea propositio falsa, sint merita Christi thesaurus indulgentiarum, sed cogita, quod hinc sequi necessarium est, & dicere te oportet. Merita Christi relinquenda, & uilia ducenda esse, foeliciores esse eos, qui merita Christi non redimunt, quam eos, qui deuotissime eadem quaerunt. Et cum merita Christi, quam maxime (natura sua) ad bona opera impellant, in indulgentiis tamen sibiipsis pugnantia, bona opera relaxant, & quod natura sua, uoluntateque dei faciunt, id uoluntate Papae solunt. Feci, quod debui, lector, si deinceps erras, sine mea culpa erras. Vale.



s,abu
rimus,
ddens
li, orn
& ad
nostra
r cele
no die
o pre
vi, ve
ter &
ialiter
riller
no tā
aliter
adire
e nro
q̄ cū
Decas
enter
tudi
Acta
& die
Mas
eccle
estis
bert
dite

Do
eurs







Th
6116